

docent Veracru. 1. par. Speculi, art. 43. si-
ne: & 2. par. art. 25. columna antepenulti-
ma. §. ex omnibus istis. Bartholomæus à
Ledesma de matrim. dubio. 37. post. 4. con-
clusionem. §. ex dictis. Vega. 2. tomo sum-
me. c. 34. casu. 127. ad finem.

Secundò deducitur, posse fideles cõtra
hæc matrimonium in linea recta ascendè

tiù, & descendentiù, vltra quartu grad-
Quia iure nature solus primus interdicti-
tur, & iure Ecclesiastico prohibitio nõ ex-
cedit quartu gradus. nõ debet, de cõsan.

Ad argumentum, nu. 18. propositu nõ
stat ex dictis, nu. 19. vbi diximus aus non
exhiberi reuerentiam tanquam principijs
& causis per se.

DISPUT. QVINQVAGESIMASECVNDA.

An omnes gradus consanguinitatis in linea trãversã prohibiti Leuiti-
ci. 18. impediãt, ac dirimãt iure naturali matrimoniu, ac proinde
nunc obligent: & esto nõ omnes illi, an saltem in aliquo gradu li-
neæ trãversæ sit iure naturali interdictum, ac irritu matrimoniu?

SVMMARYM.

Explicatur qui gradus fuerint prohibiti Le-
uitici. 18. nu. 1.

Nãllũ est præceptum iuris diuini positu in le-
ge Noua, demptis præceptis fidei, & sacra-
mentorum: nec est aliquod diuinum positu
negatiuum, sed omnia alia iuris diuini sunt
etiã naturalis. nu. 2.

Quot sunt quæstiones disputande. nu. 3.

Certum est gradus Leuitici. 18. vetitos non o-
bligare nunc, quatenus sunt in ea lege ka-
rari. nu. 4.

Refertur sententia asserens omnes illos esse
de lege naturali, & ita nunc obligare, nu-
mer. 5.

Non omnes illi sunt de iure naturali, nec obli-
gant nunc, nu. 6.

Explicatur qualiter in illis gradibus reperia-
tur aliqua indecentia naturalis, & prohibi-
tio iure naturali. nu. 7.

Soluuntur argumenta: & explicatur. cap. de
infidelibus, de consang. & cap. literas, de
restit. spoliar. & cap. finale, de diuor. & c.
quodam lex. 35. q. 3. & cap. Pissari. 30. q. 3.
nu. 8.

An aliquis gradus consanguinitatis in linea
trãversã impediãt, ac dirimat iure natu-
rali matrimoniu? Refertur sententia
asserens in linea inæquali impediãt in in-
finitum, nu. 9.

Refertur alia sententia asserens in nullo gra-
du, nu. 10.

Preponitur sententia Auctoris, nu. 11.

Infideles coniugii cum consanguineis collate-
ralibus, quando sint coniugati ad fidem sepa-
randi. nu. 12.

Ex gradibus diuina lege prohibitis, qui obli-
gent in lege Noua, nu. 13.

Satisfit argumentis, nu. 14.

AD clariore huius disputationis
decisionem, duo præmittere o-
portet. Primò præmittendũ est,
qui gradus Leuit. 18. interdicti

sint. Cõtinentur enim ibi quidã gradus cõ-
sanguinitatis, & alij affinitatis. Cõsangui-
nitatis duplex gradus in linea recta, nõpe,
parentu cõ filijs, auroũ cõ nepilibus, & auia-
rum cõ nepotibus. In linea etiã trãversã
primus gradus, vt fratrum cum sororibus,
siue ex vno, siue ex vtroq; parente. Et par-
tim secundus in linea inæquali, vt nepotis
cum amita, aut matertera, id est, de sobri-
no con tia hermana de padre, & madre. Nõ va-
men vetitum erat coniugium cum patruo,
vel auunculo: id est, cõ tio hermano de pa-
dre, & madre, vt benè aduertit Sotus. 4. d.
40. q. vnic. ar. 3. col. 3. versat. verò fortasse,
Victoria reledione de matr. 1. p. secundæ
partis, nu. 3. Ledesma. 2. p. 419. §. art. 3. ad
finem. Verac. 2. p. Speculi, ar. 25. in ratione
secta primæ conclusionis. Bellarm. lib. 1.
de matrim. c. 24. col. antepenultima. §.
& quidem. Henriquez lib. 1. de matrim.
c. 9. nu. 3. Affinitatis similiter erant prohi-
biti alij gradus, vt primus linee recte ascen-
dentium: vt foceri cum nuru, victrici cum
priuigna: & cõtra priuigni cum nouer-
ca, focrus cum genero: & quidã secundus,
vt Victrici cum filia priuigne. In trãversã
autem linea erat prohibitũ coniugiu in
quodã duplici gradu, vt cõ vxore fratris,

& cum sorore vxoris, vxore viuente, & cõ
vxore patru.

Secundò præmittendum est, in noua
Euangelica lege nullum esse præceptu iuris
diuini positu, demptis fidei, & sacra-
mentorum præceptis: alia autem præcep-
ta diuina esse simul iuris naturalis: in quo
distat à veteri lege, quæ multa alia præci-
piebat. Quod est commune Theologoru
axioma, & tradunt. D. Thom. quodlibeto
4. ar. 13. & 1. 2. q. 108. art. 1. in fine corpo-
ris, & ar. 2. in fine corporis. Sotus. 4. d. 40.
q. vnic. ar. 4. col. 2. vers. quemadmodum.
Covar. 4. decr. 2. p. c. 6. §. 10. nu. 1. Valentia
4. p. disp. 10. q. 5. puncto. 3. vbi de impedi-
mento cognationis. §. primò conuenit. Lu-
douicus Lopez. 2. p. instruct. de matrim. c.
49. vbi de consanguinitatis impedimẽto,
fol. 1. r. 1. Vnde nullum est præceptum di-
uinum positum hodie pure negatiuum,
vt benè Victoria relect. de mat. 2. p. secun-
dæ. p. nu. 3.

His præmissis, duplex est agitata que-
stio. Prior, an omnes dicti gradus Leuitici
18. interdicti, sint de iure naturali, ac proin-
de nunc in lege Euangelica obligent? Post-
erior, esto non omnes illi sint legis natu-
ræ, an saltem iure nature vetitum sit matri-
monium in aliquo consanguinitatis gradu
lineæ trãversæ?

Conuenit inter omnes circa priorem
quæstionem, gradus illos non obligare in
lege Enangelica, ex eo quod in lege vete-
ri interdicti sint: Imò esset hæreticum as-
serere idè interdictos esse nunc eos gra-
dus, quod in Leuitico prohibiti sint, vt be-
nè docent Victoria, nu. 2. allegatus, & So-
tus. 4. d. 40. q. vnica, ar. 3. col. 4. vers. igitur
Doctores. Quia de fide est legem veterem
cessasse. Nec potest etiam dici ex mero iu-
re diuino nunc obligare. Tum, quia nul-
lus est locus in nouo testamento, in quo ea
prohibitio continetur. Tum etiam, quia
nullum est hodie ius merè diuinum, præ-
ter fidei & sacramentorum præcepta (vt
nu. 2. probauit.) Quare Doctores conten-
dentes eam prohibitionem nunc vigere,
necessariò tenentur dicere non fuisse me-
ri iuris diuini peculiariter. Hebræis tradi-
tis: sed pertinuisse ad prohibitionem mora-
lem iuris naturalis diuini: vt fuere præcep-
ta Decalogi illis tradita.

Quidam igitur in ea sententia, vt
omnes gradus Leuitici. 18. expressè obli-
gent in lege noua, ac proinde in illis fuerit
prohibitum iure ipso nature matrimoniu.

Quare iuxta hanc sententiam erit prohibi-
tus iure nature primus gradus consangui-
nitatis in linea trãversã: & qualiter inter fra-
tres, & sorores: & secundus in eadem linea
trãversã inæquali, vt inter nepotem &
amitam, vel materteram. Ducuntur, quia
Deus ipse Leuitici. 18. tradens ea præcep-
ta videtur manifestè declarare prohibitio-
nem illorum graduum non pertinuisse ad
præcepta iudicialia, aut cæremonialia il-
lius peculiaris legis, quæ morte Christi pe-
ritura erant, sed ad præcepta moralia iuris
naturalis, quæ ad omnes homines, ac ad vi-
niuersa tempora pertinent. Quia postquã
tradidit ea præcepta, subdidit, Ne polluan-
ti in omnibus his, quibus concaminat e sunt vni-
uersæ gentes, & quibus pollutus est terra, cuius
ego scelera visitabo. Et paulò inferius, Nõ fa-
ciatis ex omnibus abominacionibus istis, om-
nes enim execrationes istas fecerunt accola ter-
re, qui fuerunt ante vos, & polluerunt eam.
Ergo manifestè declarat prohibitionè il-
lam fuisse iuris naturalis: aliàs gentes soli
iuri naturali subiectæ, minime sceleris &
abominacionis arguerentur, quod in gra-
dibus ibi prohibitis contraxerint. Secun-
do, quia ratio, quod tradit Deus in his præ-
ceptis, ad rationem moralem pertinet. Nã
eam causam assignat, ne reueletur turpitu-
do perforanum in his gradibus attingentiũ.

Quæ quidem ratio moralis est pertinens
ad prohibitionis matrimonij decentia, vt
docet. D. Tho. 4. d. 40. q. vnica, ar. 3. corpo-
re. Et confirmatur, quia in singulis præcep-
tis de gradibus illis repetitur turpitu-
do: quasi id iure naturali turpe sit. Tertiò, quia
illa præcepta non sunt cæremonialia, vt cõ-
stat: nec etiã iudicialia. Cùm hæc sint quæ
reddunt vniciq; quod suum est, ac paces
conciliant: ad quæ illa non videntur perti-
nere. Sunt igitur moralia, ac proinde obli-
gabunt in lege Euangelica. Et confirma-
tur, quia. D. Aug. lib. 3. q. in Leuiticum. q.
53. aliàs. 65. videtur prohibitionem illã gra-
duum leuiticam ad decalogum reducere
tanquam in eo præconceptam. Quartò, ex
c. de infidelibus, de consang. vbi Innoc. 3.
desinit in fideles scõdum veteris legis in-
stituta matrimoniu coniugios separãdos
non esse post conuersionem ad fidem. Er-
go à contrario sensu sentit separãdos esse,
si contra illius legis præscripta coniun-
gi sint. Et idè Innoc. III. c. literas, de re-
stit. spoliar. vers. sanè circa, expressè ait in
gradibus consanguinitatis diuina lege pro-
hibitis Papam dispensare non posse: vbi

florā, verb. diuina lege, explicat de gradibus interdictis Leuitici. 18. & paulo inferius, vers. nos autem, & vers. propterea, dicit idem Pontifex, quando opponitur à conjugum interdictis, preferim diuina lege statuta, & probationes offeruntur in continēti, esse denegandam restitutionem. Supponit igitur gradus illos diuina legis obligare modo, & non ut illius legis sunt: cū iam cessarit: nec etiam ut sunt legis humane: quia sic inepte diceret, Preferim diuina lege. Obligant ergo tanquam de iure naturali diuino. Et idē Innoc. III. c. final. de diuort. approbat matrimonia infidelium, qui contraixerunt cum vxoribus fratrum defunctorum, si tamen decellerunt sine prole, ut semen de sancti iuxta legem Moysis suscitaretur. Ergo censet gradibus illis veteris legis infideles actari: alioquin nō indigeret matrimonia illa noua approbatione, sed valida essent, sive cum liberis, sive absq; liberis frater obisset. Et Zacharias Pontifex scribens Theodoro Episcopo, & habetur. c. Pitatum. 30. q. 3. textum Leuit. 18. asert ad probandū non licere cognatam spirituale ducere. Quia si Dominus prohibuit ibi matrimonium cum consanguinea carnali, à fortiori interdictum erit cum cognata spirituali. At si ea prohibito vim non haberet modo, ineptum esset argumentum. Tandem, quia D. Greg. ad Augustinum Anglorum Episcopū, in responsione ad. 6. questum, & refertur. c. quaedam lex. 35. q. 3. reprehendens legem Romanam permittentem fratres & sorores, & filios duorum fratrum matrimonio copulari, sic ait, Experimento didicimus extra si coniugio sobolem non passit succedere: Et facta lex prohibet cognationis consanguinitatem reuelare. Sentit ergo vim habere legis veteris prohibitionem. Et. c. penultimo, de presump. dicitur non esse credendum quempiam literarum scientia præditū cū propria consobrina incestum commisisse, & redditur hæc ratio. Cum enim secundum sententias ethnicorum naturale sedus nihil permittat sibi criminis suspicari. Et. c. penultimo, de cohabitatione cleric. & mulier. interdicuntur clericis cohabitatio cum feminis: & additur exceptio, ibi. Nisi de talibus personis existant eorum quibus naturale sedus nihil permittit sibi criminis suspicari. Quare concilium Toletanum. 4. c. 41. permittit clericis cohabitare cum matre, sorore, amita. Ergo ius naturale abhorret copu-

lam cum amita, vel consobrina: proinde matrimonium in his gradibus erit iure naturali interdictum. Quomobrem gradus illos Leuitici. 18. interdictos obligare etiam modo tanquam lege nature vetitos, docet expressē ex Theologis. D. Tho. 4. d. 39. q. vnica, ar. 3. ad. 3. & ibi. D. Bonau. art. 2. q. 4. corpore. Ricard. 4. d. 40. ar. vnica. q. 5. vbi docent infideles coniunctos in gradibus illis Leuitici. 18. prohibitis, contentos ad fidem separandos esse: secus de gradibus sola lege Ecclesiastica interdictis, & tenet idem Ricardus ea. d. 40. ar. vnica. q. 2. & ibi Durand. q. vnica. nu. 9. Maioris. q. 3. post. 2. conclusionem. Palud. 4. d. 41. q. 1. art. 5. conclus. 2. n. 27. & d. 40. q. vnica, ar. 3. n. 16. & num. 23. D. Anton. 3. p. tit. 1. c. 11. §. 1. statim in principio, & cap. 14. §. 2. concl. 2. & post. 1. conclusionem. Vualdensis de sacramentis. c. 13. n. 1. Alfiodorēsis lib. 4. suarum summā, tra. 2. q. 6. in solutione ad. 2. Petrus de Soto lect. 10. de matrim. propositione. 2. Vigerius lib. institutionum. cap. 16. §. 7. vers. 9. impedimento. 6. & ex Iurisperitis, Glossa. e. gaudemus, verb. in secundo, de diuort. & c. literas, verb. diuina lege, de rest. spoliat. Abb. d. c. gaudemus. n. 11. & d. c. literas. n. 6. & 12. Anchar. d. cap. gaudemus, oppositione. 2. nu. 18. & c. per venerabilem, num. 22. qui filij sunt legit. & ibi Alex. de Neuo, num. 24. & d. c. gaudemus, nu. 12. & 13. Immoda. d. c. literas. n. 6. Bermondus de publicis concubinarijs. §. statuius, num. 13. Astensis summa. 2. par. lib. 8. tit. 17. art. vnica. q. 1. & 5. & tit. 25. art. vnica. q. 12. Gozadinus conf. 51. n. 28. vers. decimo. Parisius consil. 68. n. 369. & multis sequentibus, volum. 4. Turree. c. quaedam lex. n. 2. & c. coniunctiones, nu. 3. & 4. 35. q. 1. Rosella, verb. impedimentum, impedimento. 5. qu. 5. Angelus, verb. matrimonium. 3. impedimento. 18. nu. 2. Syl. verb. Papa. q. 17. Tabiena, verb. dispensatio. q. 4. nu. 5. & verb. impedimentum, impedimento. 3. q. 3. nu. 4.

Cæterum verissima sententia habet nō omnes illos gradus consanguinitatis, vel affinitatis Leuitici. 18. prohibitos, esse de iure naturali irritanti matrimonium in illis inicum; atq; adeo nō obligare omnes illos in lege Evangelica. Probatur primò, quia (vt bene docet Caiet. 2. q. 15. ar. 9. circa solutionem ad. 3. præcepta illa Leuitici. 18. certos gradus in matrimonijs prohibentia, erant secundum quid moralia, in quantum decentiam aliquam naturalem

præ se ferat abstinere ab illis matrimonijs (vt sequenti explicabimus) at reuera erāt simpliciter iudicialia. Quippe ad iustitiā, & Reipublice stabilitā pacē redobāt. Si enim matrimonij consanguineorū interdiceretur, necessariò inter extraneos in eundē erat: per quorū coniunctionē pax dilataretur. Secundo, quia Leuit. 18. interdicitur matrimonij nepotis cū amita, vel matertera: cū tamē non vetetur neptis cū patruo, vel auūculo coniunctio (vt diximus n. 1.) & tamē sunt in eodē secūdo gradu lineæ transfusa: inæqualis, ergo signū est eā prohibitionē nō esse iuris naturæ, sed pertinere ad egrēmonia peculiare illius gētis Hebrææ. Et confirmatur, quia prohibetur coniugium cū vxore fratris defuncti, & non cū sorore vxoris defunctæ: & tamen est idē proptus affinitatis gradus. At si omnia ea præcepta de gradibus essent iuris naturalis, attingerēt vtiq; in vniuersum ad vitā dā matrimonia intra eundē gradū inita. Tertio, quia, nu. 11. ostēdemus non esse prohibiti iure naturę matrimonij in secūdo cōsanguinitatis gradu. Cū tamen eo. c. 18. Leuit. interdicitur quidā secūdos gradus in linea transfusa: vt inter nepotē, & amicā, vel materterā. Quarto, quia agentes de impedimēto affinitatis ostēdemus aliquos eius gradus in Leuitico cōtētos, imò omnes nō esse de iure naturę. Quinto, quia in Trid. sed. 24. de mati. canon. 2. hæreticū esse definitur asserere nō posse Pontificē dispensare in aliquot gradibus ex prohibitis in Leuit. Ergo cęset Tridentinū non omnes illos gradus esse iure naturę interdictos: aliis nō esset hæreticū negare in Pōtifice facultatē dispensandi. Quare hanc partē tventur Scot. 4. d. 40. q. vni. ar. 2. Caiet. c. 18. Leuit. ad fin. & 2. 2. q. 15. ar. 9. circa solutionē ad. 3. Alber. Pighius cōtro. 15. ad fin. Ruardus Taper ar. 20. Louanien. pag. 6. in mediā ante. §. ex quibus manifestū est. Abul. 1. Regū. c. 8. q. 149. A mill. verb. dispensare. n. 9. Loazes de mati. Regis Anglię. dubio. 2. in solutione ad. 2. fundamenta 2. partis negatiu. nu. 14. 15. 17. 18. Victoria relectio de mati. p. 2. secunde partis. n. 5. Sotus. 4. d. 40. q. vnica, toto art. 3. & d. 41. q. vnica, toto art. 3. Castro lib. 1. de lege poenali. c. 11. pagin. 5. Nauar. lib. 4. consiliorū, in 2. editione, tit. de sponsalib. consil. 14. nu. 8. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. nu. 2. Supplementum Gabriel. 4. d. 41. q. vnica, art. 3. dubio. 3. Ledes. 2. p. 4. q. 6. art. 4. fol. 486. col. 4. §. præterea lex. Veracruz. 2. p.

speculi. ar. 15. concl. 1. Nicol. de Orbell. 4. d. 40. q. vnica. & ibi Celaia. q. vnica. fin. Pala. cios ibi. disput. col. 2. Angles Floribus. 1. p. 5. de matrim. q. 13. ar. 3. diffin. 2. concl. 2. Bellarminius lib. 1. de mati. c. 27. statim in principio; & latē probat. Magdalenus de numero testium. 3. p. c. 3. nu. 234. Henri quez lib. 12. de mati. c. 1. nu. 2. 8. c. 9. nu. 5. Valeria. 4. p. disput. 10. q. 5. puncto. 3. vbi de impedimento cognationis. §. in alijs autem gradibus; addit; omnes orthodoxos iam in hoc conuenire, & nullo modo esse tolerandum contrarium errorem, quem olim Catholici Authores. n. præcedenti allegari sensere. Philareus de officio sacerdotis, tomo. 1. p. 2. lib. 2. c. 14. §. sed possit dici. Ludouic. Lopez. 2. p. instrum. de mati. c. 49. vbi de impedimento cōsanguinitatis, fol. 1142. Petrus de Ledes. de mati. q. 5. ar. 3. diffin. vlt. Barthol. à Ledes. de matrim. dubio. 37. concl. 1. Vega. 2. tomo summa. c. 34. calu. 126.

Id tamē valde obseruandū est, matrimonia in illis gradibus Leuit. 18. vetitis inita, licet non sint aduersa iuri naturali primæuo, & irritati: aduersari tamē iuri naturali secundario, quatenus nudæ ac secundum se considerata, & pro libito priuato inita sine peculiaribus circūstantijs cohonestantibus, indecentiam quandam naturalem continent. Quod natura dicit reuerentiā quandam consanguineis in illis gradibus coniunctis deberi: cum quæ pugnat copula coniugalis. Quare Gentiles peccabāt indifferenter, & absq; delectu, & causa contrahentes ea matrimonia. Et hanc partem probant textus, & rationes adductæ num. 5. & ita intelligendū sunt sancti dicentes hæc matrimonia esse iure naturali interdicta. Sicut. D. Ambros. Epistola. 66. ad Paternum dicit illicitum esse iure naturę vt patruus ducat neptem. Cū tamen is gradus non sit prohibitus in Leuitico (vt diximus, numer. 1.) Quare optimē Caiet. cap. in Leuit. ad finem, ait neq; hæc matrimonia esse suapte natura mala, quæ nulla ratione licita sunt: neque indifferentia quæ passim liceant: sed media inter hæc penitus mala, & in differentia, vt potē quæ nudæ sumpta culpam continent, se cūs vbi aliqua iusta ratio, cohonestantur. Et ita animaduertunt Caietan. ibidem, & 3. romo opuscul. tract. 14. ad Clemētem. VII. de coniugio cum relicta fratris c. 5. Loazes de mati. Regis Anglię. dubio 2. in solutione ad. 2. fundamentum partis

negantis. n. 3. 7. Taper. n. præcedenti allegatus. Victoria relect. de matr. p. 2. secundæ partis. n. 6. dicto. 2. iuncto. n. 8. Sotus. 4. d. 40. q. vnic. art. 3. col. 6. vers. restat ergo, & d. 41. q. vni. ar. 3. post. 2. c. clus. vers. quod ergo. Ledef. 2. p. 4. q. 56. ar. 4. fol. 488. col. 1. Veracuz. 2. p. Speculi. ar. 27. in solutione ad obiectionem contra. 1. conclus. Bellarminius lib. 1. de matrim. c. 27. col. 12. §. respondeo omnia illa præcepta, & colum. 2. §. iam igitur. Valentia. 4. p. disp. 10. q. 5. punct. 3. ubi de impedimento cognationis. §. tertio conuenit, & §. ad fundamentum autem, & in solutione ad. 1. Bartholom. à Ledefma de matrim. dub. 37. post. 4. conclusionem. Petrus de Ledef. de matr. q. 54. ar. 3. difficul. 4. conclus. 2. & q. 55. art. 6. circa primum statum affirmatis, diffic. 2. in explanatione primæ conclusionis. Qui optimè addit vtrique loco cum aliquibus Theologis, quos tacito nomine refert, non fore culpam lethalem secluso iure humano inire matrimonium in ijs gradibus lineæ transfersæ, qui iure naturæ irritanti vetiti non sunt (quos num. 1. explicabimus) etiam si nulla sit causa honestans. Et ratio esse potest, quia (ut bene dicunt Verac. & Bellarminius. d. c. 27. colum. 2. §. hoc igitur tertio modo. proximè allegati) ut hæc, quæ aliquam indecentiam naturalem nudè sumpta continent, cadant propriè sub præcepto, oportet ut aliqua lege humana fiantur. Atque idè ea seclusa, contravenire abique omni prorsus causa non excedat culpam venialem aliqualem indecentiam.

8. Ad argumenta. n. 5. proposita respondeatur. Ad primum, secundum, & confirmacionem, constat ex dictis. n. præcedenti, probant enim matrimonia in illis gradibus esse iure naturæ aliquo modo prohibita, nimirum, nude sumpta, & absque causa aliqua honestati. Sed fortissimè urget aduersus hæc solutionem, ibi appellari abominaciones, & scelerata gentium, matrimonia in ijs gradibus inita. Quod culpa lethale gravissimè sonat. Cui tamen. n. præcedenti dixerim esse solam culpam venialem seclusa lege humana, cui Gentilis minime subduntur, & Leuit. 20. post enumeratos gradus, dicitur, *custodite leges meas. ut q. iudicia. ne ex vos enomat terra.* At tanta poena merita culpe venialis superat. Dicet cū Bellarm. lib. 1. de matr. c. 27. multa alia Gentilis peccata enumerasse Dominum in illis locis, ut idolatriam, adulteria, sodomias, bestialitates, nec dicit Scriptura singula peccata esse abominaciones, & sceler-

ra, ac tota poena digna, sed hæc ad alia flagitia sunt referenda. Ad tertium constat ex dictis. n. 6. statim in principio. Ad cõfirm. dicet eodè Bellarminio. d. c. 27. in solutione ad cõmentè. D. Augustini fuisse, probare præcepta illa. euiti non debere accipi de vxore fratris, patris, aut patrum viuenticum, sed mortuorum. Quia alioquin perpetua canea essent: eum omnia ista adulteria sint, & iam in Decalogo prohibita. Ad quartum die argumètu illud deductu à cõtrario sensu, ex. c. de infidelibus, nil prorsus valere. Quia Pontifex non deiecit matrimonia infidelium iuxta Veteris legis statutu inita. esse valida: quia si limitans, dummodo iuxta illud statutum inieatur, ut sic liceat formare argumentu à cõtrario sensu: sed rogatus est expresse, an matrimonia iuxta illius legis permisso gradus celebrata infidelitatis tempore, sint valida. Et respondet directè quæstioni, valida esse. Quod infidelitatis tempore valide possit cõtrahi matrimoniu, dummodo non sit in gradu lege naturali irritanti prohibito. Ad c. literas dic Papam dispensare non posse in illis gradibus, intelligi, ad est, non debere, nec expedire, & cõstat sic accipiendum: quia statim additur ibi, non conuense Pontificè in illis dispensare. Quod additum superfluum esset, si verè non posset. Et dixit in gradibus præsertim diuina lege prohibitis. Quod quauis ea lege diuina cessarit, at in reuerentiâ diuine legis, quæ aliquando de illis fuit, maior eorū ratio habita est in aliquibus sacris canonibus, ut bene aduertit Nau. lib. 4. cõf. in. 2. editi. tit. de spon. cõf. 14. n. 8. Ad c. final. de diort. responderetur cū Abulenti. 1. Regu. c. 8. q. 165. sine, ibi haberi sermonem de matrimonio infidelitatis initis, quæ irrita erant cū vxoribus fratrum defunctorum cū libris, & permittebatur quando sine liberis decesserant, ad suscitandum semè fratris mortui, non ratio ne legis antiquæ Mosaycæ, quæ iã cessarat, sed ratione cõsuetudinis, quæ inter illos aliter irritabat ea matrimonia. Dispensat ergo Põtifex vt cõuersi ad fidem maneat in illis matrimonijs, maxime si ad suscitandū semè defuncti fratris cõtracta essent: vnde etiã dispensat, licet non ad eū finem essent inita: in quo euentu erant nulla iuxta eorū consuetudinem, vnde ea verba textus, *si tamen fratribus decedentibus sine prole.* Non accipiuntur conditionaliter: sed accipiunt, si, pro maxime. Vel secundo respõdet Cotar. 4. decr. 2. p. c. 6. §. 1. n. 3. ea matrimonia fuisse contracta post conuersionem ad fi-

dem,

dem, ac proinde fuisse irrita: at ea non dissoluit à Pontifice, sed dispensare propter fragilitatem illorū, qui nouiter Christi fidè professi fuerant. Ad cap. Pitatum, dic non afferri testimonium illud Veteris legis, quasi nunc obliget: sed in argumentum, si Deus prohibeat matrimoniu cum cognata carnali, eodè quod id dedebat, æquum est vt ob indecentiam prohibeatur ab Ecclesia matrimonium cum cognata spirituali. Ad vltimū dic, omnes eos textus probare esse aliquam turpitudinem iuri naturæ aduersam in ijs matrimonijs absque causa honestanti initis, non tamen tantam, vt sint nulla iure naturæ, vt nu. præcedenti est satis explicatum.

9. Quæstio posterior, an esto omnes gradus in linea transfersa cõsanguinitatis prohibiti Leuit. 18. non sint de iure naturali: sit saltem aliquis gradus in ea linea, qui ita iure naturæ interdicit matrimonium, vt illud irritet? Qua in re triplex est sententia. Prima ait, in linea inæquali paterna transfersa prohiberi iure naturæ matrimonium in infinitum. Ducitur, quia fratres patris, aui, proauis, abauis, & sic in infinitum, sunt loco parentum, quibus paternæ reuerentiæ exhibetur, quæ repugnat societati maritali. Vide quia propter hanc rationem nuptiæ in linea ascendentiæ, & descendentiæ in infinitum prohibentur, inde etiam est, vt inter quemcunq; inferiori, & superiori, cui vt patri honores deferunt, sit similis in infinitum prohibitio. Ita tener Palud. 4. d. 40. quæst. vnic. ar. 3. nu. 22. Sed quamuis id daremus esse verum inter ascendentes, & descendentes: caret prorsus fundamento, inter dictos collaterales adesse eandem prohibitionem in infinitum. Quod longè diuersa sit reuerentiæ ascendentiæ debita, tanquam superioribus, & primis principijs, à reuerentiæ his collateralibus exhibenda. Quare dicta sententia tanquam singularis, ac fundamentum destituta, contrariaque Ecclesiasticæ consuetudini passim in his gradibus dispensandi, est omnino reijcienda.

10. Secunda sententia censet in nullo gradu lineæ transfersæ cõsanguinitatis, esse ita iure naturæ matrimonium interdicitu, vt eodè iure attempto irritum sit: ac proinde attempto solo naturæ iure validum esse matrimonium inter fratres, & sorores, dicitur primo, quia Abraham vir sanctissimus duxit Saram, de qua tamen ipse Ge-

nes. 20. ait, *Vt è soror mea est. filia patris mei, & non filia matris meæ.* Et ita fuisse veram sororem testatur. D. Hieronymus quæstionibus hebraicis in Genesim. Clemens Alexandrinus lib. 2. Stromatum. Caiet. in verba Genesim proximè citata, & ibi Lipo manus, & in ea verba Genesim. 12. *Dic ergo obsecro quod soror mea sis.* Et latius probat Sotus lib. 2. de iur. q. 3. ar. 8. ad. 4. Secundo, quia. 2. Regu. 13. cū Thamar filia David à fratre suo Amon opprimeretur, sic dixit. *Noli frater mi, noli opprimere me, noli facere stultitiã hanc, quin potius loquere ad Regè, & non negabit me tibi.* Non ergo inuitatu erat, ac nefas exultimato connubiū inter fratres & sorores. Tertio, quia inter Assyrios olim lege lata licuit matrimoniu inter fratrem, & sororè: teste Luciano lib. de sacrificijs, & Romanis lege peculiari id licuit, vt testatur. D. Greg. respõsione. 6. ad Augustinum Angliæ episcopu. & refertur. c. quædã lex. 36. q. 3. & plura alia ex cõpla refert Tiraquel. 1. 7. connubiali. nu. 32. & sequentibus. Ergo lumè naturale non dicit id matrimonium prohibitū esse. Quarto, quia mudi initio fratres ducebant sorores suas: nec cõstat de diuina dispensatione. Imo ad eodè decet statim ipso mudi exordio ius naturæ infringi, vt potius credendum sit, si id esset contra ius naturæ, fore vt Deus plures masculos & fœminas crearet, ne cogèretur fratres iure naturæ violato matrimoniu cū sororibus inire. Quinto, quia cū frater, & soror non sint directè vna caro: vt sunt pater & filius: nec inter ipsos repugnet equalitas, nec sit mutua reuerentiæ debita. Cui neuter superior sit: non videtur matrimoniu inter eos aduersari substantiè cõiugij: ac proinde non erit iure naturæ irritu. Et hæc sententia est valde probabilis. Quare immerito Sotus. 4. d. 40. q. vnic. ar. 4. col. 8. vers. verum tamen, eam appellat erroneã: & ducitur ex textu. c. gaudemus, de diort. qui id non probat (vt. n. sequenti explicabo). Quare sententiam hanc clarè videtur tenere. D. Th. 2. 2. q. 154. ar. 9. in solutione ad. 3. ubi ait in cõmixtione personarū cõiungatur aliquid esse quod est secundu se indecens, & repugnans naturali rationi, sicut cõmixtionè fieri inter parentes & filios, quorū est per se, & immediata cognatio: alias verò personas quæ non cõiunguntur per se ipsas, sed per ordinè ad patres non habere ita ex se ipsi indecentiam, sed variari circa hoc decentiam, vel indecentiam secundu consuetudinè, & legem humanã, & 4. d. 40. q. vnic. ar. 3. mota

quæstione de gradibus consanguinitatis lege naturali prohibitis, solum in responsione memini parentis & filiorum. Et D. Bona. 4. d. 40. ar. vnic. q. 2. statuens quâdo impediatur matrimonium iure naturali, solum vinculum spiritus ad prolem posuit. Et expressè tenent Alexander Aletius. 1. p. q. 169. mēbro. 2. & 3. p. q. 27. mēbro. 4. ar. 3. §. 2. Scot. 4. d. 40. q. vnic. ar. 2. & ibi Supple. Gabrielis. q. vni. art. 3. dubio. 2. & 3. Bassolis ibi. q. vnic. ar. 1. fin. & ibi Nicolaus de Orbell. q. vnic. Rainer. 2. p. summe, tit. de mat. c. 18. Mayronis. 4. d. 41. q. vnic. diffie. Caiet. in c. 18. Leuitici, ad fin. & 2. 2. q. 154. art. 9. circa solutionem ad 3. Thomas de Argentina. 4. d. 41. ar. 4. concl. 2. Anthona in summa Ecclesie. q. 53. ar. 5. & 6. Abul. 1. Regū c. 8. q. 17. 6. & q. 149. 151. 152. Lipomanus in catena in Genesim. c. 20. in ea verba, Vere foror mea est. Palud. 4. d. 38. q. 4. ar. 4. ad finem. n. 5. 4. Ruardus Taper. ar. 20. Louaniē si. pag. 6. immediate ante. §. ex quibus manifestum est. Rubion Leuit. 18. q. 1. Albertus Pighius controuerſia. 15. ad fin. Loazes de mat. regis Anglie. dubio. 2. in solutio ne ad 2. fundamentū partis negatis, 2. n. 1. vñq; ad 19. Victoria dicit forsan ita esse re le. de mat. 2. p. partis secundę. n. 6. dicto 2. Nauar. lib. 4. cōf. in 2. edition. tit. de spōsalibus, cōf. 14. nu. 8. fin. Armil. verb. d. d. p. n. 9. & 10. Veracruz. 2. p. speculi, ar. 22. concl. 2. & art. 25. concl. 2. & art. 23. col. antepen. §. ex omnibus istis, & art. 27. concl. 1. & in solutione obiectionis cōtra illam, & 1. p. ar. 43. cōcl. vltim. Palacios. 4. d. 40. disput. vnic. col. 24. fol. 926. vers. verum ta nen quia frater. Ioannes Hessels in expositione Decalogi, præcepto. 6. c. 10. fin. Anton. Cuc. dicit forſe hęc esse verior rem, lib. 5. institutionū maiorum, tit. 13. n. 11. Barthol. 1. Ledesim. de mat. dubio. 38. conclus. 2. Mannel. 1. tomo summe. 2. edition. c. 225. n. 2. Philiaricus de officio sacerdotis, tomo. 1. p. 2. lib. 2. c. 14. §. sed postet dici. Vega. 2. tomo summe. c. 34. casu. 127. ad fin. & casu. 129. ad fin. & casu. 165. & dicit esse probabilem, Ledes. 2. p. 4. q. 56. ar. 3. dubio. 4. concl. 1. Henriquez lib. 12. de mat. c. 9. nu. 4. Vivaldus candelabro sacram. 1. p. vbi de mat. nu. 192. & videtur sentire esse probabilem, Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. n. 5. solum enim vocat oppositam probabilem.

14 Tertia sententia (cui tanquā probabiliori adhereo) affirmat in solo primo gradu lineæ transuersæ, vt inter fratres & sorores,

esse interdictum, ac irritū iure naturæ matrimonium. Probatur prior pars, ne in primo gradu esse irritum. Quia Inno. III. c. gaudemus, de diuort. decernit infideles conuersos ad fidem non separandos esse à matrimonio tēpore infidelitatis inito, in secundo & alijs vltioribus cōsanguinitatis gradibus: q. legibus Ecclesie non ardeat. Ergo à contrario sensu quâdo sunt cōiuncti in primo gradu, ceteri Pōtifex separandos esse: q. is gradus iure naturali matrimonium irritet. Hunc textū ita fortem ad hanc partem probandā existimauit Sorus (vt ex eo retuli. n. præcedenti) vt eo ductus damnarit contrariā sententiā tanquam erroneam. Sed (vt ibi dixi) est valde probabilis. Et hic textus parum probat hanc sententiā: quia Innocentius III. in eo solū declarauit id, quod certū erat, relinquens primum gradum, qui sub iudice est, iure naturæ matrimonium dirimat. Sicut ex eo quod Tridentinum sēssion. 14. de mat. canone. 7. definiuit circūstantias mutatas specie esse necessariū cōsuetas, non sumitur efficax argumētum ad probandū eas, quæ non mutant, sed intra eandem speciem notabiliter aggrauat, nō esse necessariū in confessione explicandas. Secundo, quia Arist. 2. polyt. c. 2. solo naturali lumine ductus, turpissimam cenſet cōiūctionem parentū cū filijs, & fratrum cum fororibus, & D. Aug. lib. 15. de ciuit. Dei. c. 16. & lib. 22. contra Faustum. c. 35. cenſet matrimonia inter fratres & sorores solo mundi exordio licuisse, necessitate generis humani propagandi compellente, & Tertullianus in Apologetico. c. 9. & Theodoret. lib. de legibus, consuetudinem quarundā barbarum nationum coniugia hęc permittentem, tanquam peruersam, & legi naturali aduersantem impugnant. Tertio, quia Abrahamus Genes. 20. propterea suscipit Saræ, vt dissimulans se vxorem ipsius esse, diceret se esse fororem: quasi cōmptum gerit illi barbaræ supponens, eam, quæ soror esset, non posse fratris vxorem esse. Quapropter vbi primum Abimelech. cognouit Saram vxorem esse Abraham, sine dubitatione intellexit. non esse verā fororem: & idē conquestus est, quod ipsum decerpisset dicens fororem ipsius esse. Quarto, quia id matrimonium inter fratres & sorores aduersatur fini secundario ipsius: Cū enim coniuuant, simulq; ab incunabulis nutriantur, si inter eos iure naturæ matrimonia non essent irrita, maxima præberetur

anſa in inflammandæ concupiscentiæ, & passim incestus committerentur inter eos, vt vel sic matrimonio iungerentur. Cū notissimum sit facilius quenquam ab earū fecundatione abstinere, cū quibus non est spes futuri matrimonij possibilibus. Et cōfirmatur, quia his matrimonijs iure naturæ permisis, tantum aberit vt ea ardori concupiscentiæ reprimendo deseruiat (qui finis est secundarij matrimonij) vt potius ille ardentius flagraret. Quippe cum amor naturalis tam arctæ consanguinitatis coeatur cum coniugali, arderet vtiq; concupiscentia, & effrenatē vsui cōiugali vacaretur. Ad rectā ratio dicit vt inter eas solas personas natura matrimonium permittat, inter quas possit esse moderatus matrimonij vsus. Quinto, quia inter fratres & sorores est quidā naturalis pudor, & quædam naturalis reuerentia, cui valde aduersatur actus coniugalis turpitudine alterius detegens. Sexto, quia omnes Gētes bene instructæ ab huiusmodi matrimonijs abſtinēt: & quæ illa permittebant, tanquā inculte, & barbaræ notantur à viris probis, vt in 2. ratione probauit. Septimo, quia nunquā Ecclesia in hoc gradu dispēsauit: cū aliquando penitū dicit Pontifice. Nā teste Paulo Emilio in Ludouic. 11. comes Armeniacus Pontificia dispensatione emēta forem duxit: eod quod verā nunquā impetrare potuisset. Octauo probatur. 2. pars, nimirū, de pto primo gradu cōsanguinitatis lineæ transuersæ, in vltioribus gradibus non esse iure naturæ irritū matrimonium. Quia. d. c. gaudemus deciditur in alijs gradibus vltra primum infideles matrimonio cōiunctos nō esse separandos, dū ad fidē cōuertuntur. At separandi essent, si id matrimonium esset contra ius naturæ: cū illi infideles subdātur. Nonō, quia Tridentinū sēss. 24. de mat. c. 5. in fin. decidit vt cum magnis principibus ob publicā causam dispēnsatur in secūdo gradu cōsanguinitatis: ac passim videmus Pōtifices in illo dispensationes in lineæ equali, & inæquali, vt inter patrū, vel auunculū cū nepre: & inter amitā, & materem cū nepote Decimō, quia in sanctissima familia Thare patris Abraham, Nachor duxit Melcham filiā Aram fratris sui. Genes. 11. & Abraham duxit Sarā filiā sui fratris Aram (vt nu. 14. dicemus.) Tandē, quia cōsanguinei in vltioribus gradibus nō simul habitant, nec tanta est familiaritas, ac reuerentia inter illos: ac subinde matrimonium inter illos con-

tractum non adeo fini matrimonij aduersatur, vt iure naturæ irritum sit. Sed quia iure ipso naturæ aliquam continet indecentiam, & aliqualem incestibus viam aperit, irritatur ab Ecclesia vsq; ad quartum gradum, (vt disp. sequenti dicemus.) Et idē huius sententiæ sunt communiter Doctores, & quamuis non omnes explicant esse iure naturæ irritum matrimonium inter fratres, & sorores: sed multi dicunt esse eoque iure interdictum, & subicentes sit quoque irritum, nec ne: at verē rationes quibus id probant, ostendunt clarē eos sentire esse irritum. Doctores ergo qui dicunt esse iure naturæ irritum, sunt Sorus. 4. dist. 40. q. vnic. ar. 4. columna. 3. concl. 1. & d. 41. q. vnic. ar. 3. columna penultima, vers. sciamus. Castro lib. 3. de iusta hæreticorū punitione. c. 7. columna. 11. Ledesim. 2. p. 4. q. 46. ar. 4. colum. 3. proposition. 1. Angles Floribus. 1. p. vbi de mat. q. 13. ar. 1. diffie. 2. Toledo lib. 7. summe. c. 7. n. 2. Valentia 4. p. disp. 10. q. 5. p. n. 3. vbi de impedimento cognationis. §. sed tamē contraria sententia. Petrus de Ledes. de mat. q. 5. ar. 3. diffie. 3. cōcl. 2. & diffie. 4. cōcl. 1. Henriquez lib. 12. de mat. c. 9. n. 4. & c. 11. n. 2. Vivaldus candelabro sacram. 1. p. vbi de mat. n. 192. Ludouicus Lopez. 2. p. inſtr. de mat. c. 49. vbi de consanguinitate, fol. 1142. Humada. l. 2. glof. 2. n. 24. tit. 1. p. 1. Doctores autem asserentes prohiberi iure naturæ, nec explicant eandem iure sit irritum, sunt glossa. c. Pitium, verb. fororis. 30. q. 3. Abulensis. c. 18. Leuitici. q. 5. & c. 21. Genes. q. 22. Petrus de Soto l. 2. 10. de mat. mon. propositione. 2. Somnius lib. 1. demonstrationum, traſ. 7. de mat. c. vltimo. Philippus Archintus in editō de fide. p. 2. c. 14. Couar. 4. decret. 2. p. c. 6. §. 10. nu. 5. Bellarminus lib. 1. de mat. cap. 28. statim in principio: & columna. 3. §. quantum est, explicat id verum esse, siue sint fratres ex vtroq; siue ex altero solum parente. Pereira tomo. 2. in Genesim, lib. 16. disputat. 14. nu. 221. Catharinus lib. 6. in Caietanum, ad finē illius quæstionis, an possit Pontifex dispērare cō professo. Emanuel Sa summa, verb. matrimonij, vbi de impedimentis dirimit. n. 4. vers. cum parentibus. Vazquez. 1. 2. q. 7. art. 8. disp. 112. n. 7. Llamas methodo curacionis. 3. p. c. 8. §. 19. statim in principio. Cañedo summa, de mat. c. 6. vbi de consanguinitate nu. 43. & dicit hoc esse probabile Victoria summa, vbi de mat. nu. 295. & tandem

hanc sustinent omnes Doctores relati. n. 5. afferentes gradus prohibitos Leuit. 18. esse de iure naturæ: nã inter illos numeratur quidã gradus primus consanguinitatis in linea transuersa. At discrepat in alia parte huius sententiæ, quatenus ait ceteros gradus in ealinea non interdicti iure naturæ. Nam secundus gradus in linea in qua li transuersa (vt explicui. n. 1.) continetur in illis gradibus Leuitici, ac subinde dicunt iure naturæ illum vetari.

12. Hinc deducitur primò, infideles matrimonio coniuncti in primo gradu cõsanguinitatis lineæ transuersæ, vt sunt fratres, sepandos esse, dũ ad fidem conuertuntur. Quia id matrimonium iure naturæ est irritũ. Et ita tenent dicere Doctores, nu. 40. de ciui. Dei. c. 12. & 19. & questionibus in Genesim. q. 26. & reseruit. c. quaritur. 22. q. 2. Iosephus lib. 1. antiquitatum, cap. 14. & 15. D. Thom. 2. 2. q. 110. art. 3. ad 3. Glossa ordinaria, & Lyrain ea verba Genes. 20. Verè soror mea est, & ibi Abulenſis; cap. 11. quaest. 12. & Leuitici. 18. q. 5. Sotus sibi contrarius. 4. d. 40. quaest. vnica, artic. 4. col. 8. versat. verò. Et latè probant Pererira tomo. 2. in Genesim. lib. 16. disp. 14. à. n. 2. 14. Bellar. lib. 1. de matric. c. 28. in solutione ad. 2. Ad secundũ dic non posse firmũ argumentũ duci ex opinione vnius puelle exsuffimantis vel id matrimonium licitũ esse, vel minus malũ quã vt stuprari. Ad tertium dicas eas gentes tanquam barbaras notari, vt nu. 11. probauit. Ad quartũ dic tunc tereporis non fuisse opus dispensatione diuina: eum enim non essent alij, quã fratres, qui generationi vacare possent, præpõderabat præceptum cõseruationis naturæ: vetiã inter parentes & filios, probauit disput. præcedenti. n. 10. Ad vltimum dic, id argumentum probare non ita strictè prohiberi iure naturæ matrimonium inter fratres & forores, ac inter parentes & liberos. Quod verissimum est: at inter vtrumq; gradum verè interdictum iure naturæ.

Secundò deducitur, ex dictis in hac disputatione, & præcedenti, ex gradibus consanguinitatis prohibitis Leuitici. 18. solos esse de lege naturæ irritanti matrimonium, & obligare nunc secluta lege Ecclesiastica, primũ in linea recta, nempe, inter parentes, & filios: & primum in linea transuersa, nimirum, inter fratres & forores. De gradibus autem affinitatis ibi interdictis, dicemus in impedimento affinitatis, nullũ esse de iure naturæ.

Ad argumenta. n. 10. proposita respondetur. Ad primũ dic Sarã non fuisse veram Abraham fororẽ, sed vocasse illã Abrahamũ filiã patris sui Thare: quia erat nepotis eiusdem Thare, ex eius filio Aram fratre Abraham, vt asserunt. D. August. lib. 16. de ciui. Dei. c. 12. & 19. & questionibus in Genesim. q. 26. & reseruit. c. quaritur. 22. q. 2. Iosephus lib. 1. antiquitatum, cap. 14. & 15. D. Thom. 2. 2. q. 110. art. 3. ad 3. Glossa ordinaria, & Lyrain ea verba Genes. 20. Verè soror mea est, & ibi Abulenſis; cap. 11. quaest. 12. & Leuitici. 18. q. 5. Sotus sibi contrarius. 4. d. 40. quaest. vnica, artic. 4. col. 8. versat. verò. Et latè probant Pererira tomo. 2. in Genesim. lib. 16. disp. 14. à. n. 2. 14. Bellar. lib. 1. de matric. c. 28. in solutione ad. 2. Ad secundũ dic non posse firmũ argumentũ duci ex opinione vnius puelle exsuffimantis vel id matrimonium licitũ esse, vel minus malũ quã vt stuprari. Ad tertium dicas eas gentes tanquam barbaras notari, vt nu. 11. probauit. Ad quartũ dic tunc tereporis non fuisse opus dispensatione diuina: eum enim non essent alij, quã fratres, qui generationi vacare possent, præpõderabat præceptum cõseruationis naturæ: vetiã inter parentes & filios, probauit disput. præcedenti. n. 10. Ad vltimum dic, id argumentum probare non ita strictè prohiberi iure naturæ matrimonium inter fratres & forores, ac inter parentes & liberos. Quod verissimum est: at inter vtrumq; gradum verè interdictum iure naturæ.

DISP. QVINGVESIMATERTIA.

Ad quotum consanguinitatis gradum extendatur prohibitio matrimonij attento iure Ecclesiastico?

SVMMARIVM.
Explicatur quotum consanguinitatis gradum olim Ecclesia interdixit matrimonio.

num, & nunc interdicat, numer. 1. Proponuntur errores hæreticorum, & impugnatio huius prohibitionis, nu. 2.

Ostenditur eius convenientia. nu. 3. si contrahentes dissent à communi stipite in æqualiter, dummodo alter eorum distet ultra quartum gradum, possunt inire matrimonium, nu. 4. Quid si alter eorum distet à stipite in primo gradu, alter vero ultra quartum? Et explicatur. finale, de consang. nu. 5. Satisfit obiectionibus hæreticorum, nu. 6.

1. **D**imus de prohibitione matrimonij iure naturali inducitur in aliquibus consanguinitatis gradibus: iã de prohibitione iuris Ecclesiastici est sermo habendus. Et olim quidẽ Ecclesia coniugij interdixerat vsq; ad septimũ consanguinitatis gradũ, vt constat ex c. ad sedẽ. 35. q. 3. quod est desumptum ex Epistola Alex. II. ad omnes Episcopos, & ex c. nullũ. 35. q. 3. quod est Iulij Põstificis, & c. de consang. quod est Nicolai. II. & c. nulli, quod est ex cõcilio Lugdun. & c. 1. quod est D. Gregorij in cõcilio Meldensi. 35. q. 3. & ex D. Gregor. lib. 12. Epistolaru, Epistola 31. ad Felicẽ, & ex cõcilio Tollet. 12. c. 5. Postmodũ autẽ sub Innoc. III. in cõcilio Lateranẽsi restricti sunt gradus consanguinitatis vsq; ad quartũ, & habetur cõnon debet, de consang. Quæ restrictio intel ligenda est non solum in linea collateralis, seu transuersa, sed etiã in recta ascendenti, & descendenti linea: ita vt quicumq; consanguinei vltra quartũ gradũ possint matrimonio iungi (vt probauit disp. 1. n. 22.) At intra quartum gradum lineæ rectæ, vel transuersæ est matrimonium ipso iure nullum, vt constat ex d. c. non debet.

2. Hæretici autẽ nostræ tempestatis variè insurgunt aduersus hanc Ecclesiasticã prohibitionem. Vnicuique enim ea vocat humanam inuentionem, affirmans posse cõsistere matrimonio inter quosvis cõsanguineos, dẽpro primo gradu lineæ rectæ. Lutherus autẽ & Bucerus solos gradus Leuitici. 18. vetitos admittunt, atq; alios ab Ecclesia ad huc omninò despiciunt. Alij vt Philippus Melanchthõ, & Kenitus admittunt gradus ab Ecclesia prohibitos, ac posse alios ab ea prohiberi, dũ modo culpa vacet, in illis gradibus interdictis matrimonium inire. Quos & alios hæreticos refert, ac latè impugnat Bellarminus lib. 1. de matrim. c. 25. & sequentibus. Insurgunt ergo hæretici aduersus hanc prohibitionem. Primò, qd Christus cuius vices gerit Romanus Põpex venient ad verbũ Dei, annũcian

tũ, non autẽ ad cõdendas leges polyticas, quales sunt matrimonia interdictentes. Secundò, quia cõ Deos melius norit inter quas personas expedit coniugij iniri: ac solum secundũ gradum in linea consanguinitatis distari, & primum interdixerit Leuit. 18. inceptõ Ecclesia diuinũ institutũ corrigẽs, alios addidit gradus vsq; ad quartũ. Tertio, qd noua sit ea prohibitio, ac olim incognita in Ecclesia. Nã conciliũ Epansẽ. c. 30. Turonẽse. 2. can. 17. Papiẽse. 1. c. 4. solum secundũ gradũ prohibebat. Atq; ita D. Gregor. respõsõ. 6. ad Augustinũ Anglicũ Episcopũ, & refertur. c. quedi lex. 35. q. 3. docet matrimonia inter cõsanguineos vltra secundũ gradũ permissa esse. Tandẽ, quia ridicula & querelatione inducũ est cõcilio Lateranẽse relatum. c. nõ debet, de consang. ad restringendos gradus vsq; ad quartum, nimirum, quia corpus humanum ex quatuor humoribus compositum est.

3. Nihilominus cõuenientissima est prohibitio cõsanguinitatis in gradibus ab Ecclesia interdictis. Primò, propter reuerentiam quã cognati sibi metipsis exhibere debet, ob originẽ ab eodẽ stipite tractã, & sanguinis cõmunionem. Cui reuerentiã valde detrahit actus cõiugalis: habetq; turpitudinẽ quandã ipsi contrariã. Quamobrem ipsimet cõiuges pudore quodã suffunduntur, & veretũ in quadã inter seipos cõcepta, adũ illo vtuntur. Quæ ratio asserunt à D. Tho. 2. 2. q. 154. ar. 9. corpore, & desumpta est ex D. Aug. lib. 15. de ciui. Dei. c. 16. Secundò, quia decet matrimonia iniri eo pacto, vt deseruiant bono publico polytico. Cũ enim homo sit sup̃e natura animal polyticũ, ex Arist. 1. polyt. c. 2. debet eo matrimonio copulari, quod ad publicũ ciuitatis bonũ cõducatur. Hoc autẽ petit cõsanguineos, & affines nõ iungi matrimonio. Quod hi fõdere cõsanguinitatis, & affinitatis fati de iuri. c. 2. & eo inito impeditur amicitij vincula protedi, quã esse maximũ ciuitatis bonũ, asserit Arist. 2. polyt. c. 2. ad fin. Et hanc rationẽ asserit idem D. Aug. eod. c. 16. & D. Ambros. Epistola. 66. ad Paternũ. Tertio, quia cũ cõsanguinei, & affines, aut in eadẽ domo cõmorentur, aut passim se inuisant, domoq; inuicẽ frequẽtẽ, si nõ interdiceretur matrimonium inter illos, magnus inuestiturus aditus pateret: à quibus valde areet nõ posse matrimonium inter eos cõsistere. Tandẽ ob moderatũ cõiugij vsum: si enim naturalis amor ex consanguinitate, aut affinitate ortus, cõiugali

adderetur, inflammata libidine effrenatè coniugis copulæ vscerè. Iure autè optimè prohibitionem hanc restrinxit denuò Ecclesia ad quartū gradū. Quòd vsq; ad illum duret consanguinitatis amicitia, & vltèrius tepescere iam charitate, vix sit qui se alterius consanguineum agnoscat.

Hinc inferitur, duos consanguineos inæqualiter distantes à stipite, si alter distet vltra quartū gradū, alter verò intra illū, posse matrimonio copulari. Habetur expressè. c. final. de consang. Et ratio est, quia (vt probauit disp. 30. n. 6.) tunc attenditur gradus consanguinitatis penes distantia remotioris à stipite, ita vt quoto gradu remotior distat à stipite, eodè consanguinei illi distent inter se. Cùm ergo remotior à stipite distet vltra quartum gradum, ambo erunt consanguinei inter se vltra quartum gradum: ac proinde nulla erit prohibitio matrimonij inter illos: iuxta. c. debet, de consanguin. & affin.

Hæc tamè decisio c. finalis, de consanguin. tæperat quidam, nisi alter eorū distet à stipite in primo gradu, tunc enim nõ valebit matrimonium inter ipsum, & aliū distantem ab eodem stipite in quinto, aut alio vltèriori gradu. Verbi gratia, abnepos, vulgò el quarto nieto, distat à quarto. auo quinto consanguinitatis gradu, nõ poterit autè matrimonij inire cū filia illius quarti auo, quæ ab eo auo distat in primo gradu. Quia perinde est ac contrahere cū ipso stipite. Cū filia stipitis sit cum ipso vna caro: vnde in infinitum est hæc prohibitio, sicut cū ipsi ascendentibus, & descendètib; sic docet Faber instituta de nuptijs, in. §. inter eas, in nu. vnico, & candè sententiam tenet Hostien. summatit. de cōsang. §. vsq; ad quotū gradum. nu. 11. vers. sed nunquid in quinto: & c. quod dilectio. n. 1. & c. tua nu. 2. de consang. Ioannes de Triburgo in summa confessorū, lib. 4. tit. 6. q. 7. & Henricus. c. non debet. n. 5. de cōsang. licet dicat contrariū esse in rigore verius, at dicit hoc esse tutius, & amplectendum, atq; occurrenti casu consulendū fore Põtificem. Cæterū iure optimè ab hac limitatione illius textus in distinetè loquentis recedunt cõmuniter Doctores afferentes posse inter illos consistere matrimonij: vt pote qui vltra quartū consanguinitatis gradū sunt inter se coniuncti. Atq; ita reprobata cõtraria sententia docent, Ioan. Andr. c. fin. n. 2. de consang. & super arbore consanguinitatis, in fin. Anton. co. c. fin. n. 4. & c. tua, eo

dem tit. in fin. Anchar. ibi. nu. 2. & d. c. fin. in fine. Cardin. d. c. tua. n. 3. Præpos. d. c. finalis, in fin. Astenlis. 2. p. summa. lib. 3. tit. 17. ar. vnico. q. 4. Rosella, verb. impedimentum, impedimento. 5. fin. & ibi Supplementum summa Pifanæ, impedimentum. 5. nu. vlt. Angel. verb. matrim. 3. impedimento. 6. n. fin. Syl. matrim. 8. q. 6. dicto vltim. Brunellus de sponsal. concl. 25. fin. Couar. 4. decr. 2. p. c. 6. §. 6. fin. Gaeta. c. ad limina. 30. q. 1. §. 4. q. 1. 32. n. 358. Henriquez lib. 12. de matrim. c. 9. nu. 2. fin. Toledo lib. 7. summe. c. 5. n. 4. Petrus de Ledesm. de mari. q. 54. ar. 2. col. penultim. §. & aduertendum. Soaccius de sponsal. 2. p. super infir. de nuptijs. §. ergo non omnes. n. 11. & est communissima sententia.

Ad argumta. n. 2. proposita respõdetur. Ad primū dic leges de matrimonio esse etiã spirituales: cū matrimonij sit sacramentū: atq; Christus leges aliquas de illo tulit, auferens polygamia, ac repudiū. Ad secundū dic Ecclesiã minime corrigere diuinū statutū. Sed Deus cõmisit Ecclesiæ facultatè prolatã, ac restringèdi gradus, vt videntur tẽporū diuersitate expedire. Et Hebræis quidè expediuit ne plures cõsanguinitatis gradus Deus prohiberet. Quòd rari essent illi: ac valde proni ad repudiū, à quo arceretur ducetes consanguineas. Quæ rationes cessant modò, & idè expediti sunt plures ab Ecclesia gradus interdicti. Ad tertiu dic eã prohibitionè esse valde antiquã. Nã vt n. 1. retuli prohibitionè vsq; ad septimum gradū statuerunt Alex. II. qui sedit anno. 1060. & d. Greg. qui quadringentis annis illum antecessit: & lib. 12. Epistololarū, Epistola. 31. ad Felicè, scribit se cum solis Anglis dispensasse vt vltra secundū gradū matrimonia inirent, ob recentè eorū conuersionem ad fidem, & Iulius. II. qui plūs ducentis annis præcessit. D. Gregorius. Ad vltimum dic eam non esse præcipuum rationè illius restrictionis gradū: sed quãdam conuenientiã esse, nec ineptã, ut ridiculã, sed planè phycicã (vt bene docet. D. Th. 4. d. 40. q. vii. ar. 4.) Quia cū homo ex quatuor elementis cõset, colligitur probabiliter vltra quartū gradū de fere vno eiusdè sanguinis à primo stipite tracti. In permixtione enim sanguinis à patre accepti cū alio extraneo, quæ sit in generatione, vis ignea, quæ subtilissima est, primò cõfundit, & perit. 2. vis aerea. 3. vis aquæ. 4. terrestris, quare vltra quartã generationè tota illa vis sanguinis omninò extincta videtur.

DE IMPEDIMENTO COGNATIONIS SPIRITUALIS.

DISPV. QVINQVAGESIMAQVARTA.

Quid sit cognatio spiritualis: ex quibus sacramentis, & inter quas personas confurgat: & quo iure matrimonium dirimat?

SVMMARIVM.

Explicatur definitio cognationis spiritualis. n. 1.
 Hæc cognatio est solo iure Ecclesiastico inducitur, & habet fundamentum in iure diuino. num. 2.
 Impedit, & dirimit matrimonium subsequens iure solo Ecclesiastico. n. 3.
 An impediatur vsam, quando superuenit matrimonio remissiuè. n. 4.
 An dirimat sponsalia precedentia. n. 5.
 Ex alijs sacramentis, præter Baptismum, & Cõfirmationem, non oritur cognatio. n. 6.
 Quid ex Cathecismo Remissiuè. n. 7.
 Non extinguitur morte persona, qua mediante contracta est. n. 8.
 Inter quas personas iure antiquo contrahabatur. n. 9.
 Quid ex iure nouo Tridentini. n. 10.
 An hodie transfundatur hæc cognatio in coniugem baptizantis, vel patrinum. n. 11.
 An contrahatur inter masculum & feminam simul effectos paternos, ita vt nequeant matrimonium inter se inire. n. 12.
 Vir & vxor simul alieni pueri patrinum non priuantur debiti exactione. n. 13.
 An Tridentinum auferens, vel restringens cognationem, loquatur etiam de ante illud decretum contracta. n. 14.
 An si plures patrinum designati, ante Tridentinum rãgendo puerum cognationem contraxerant, sit illa nunc sublatã. n. 15.
 An contrahatur cognatio spiritualis cum patribus naturalibus, illegitimis tamen ipsius baptizati, vel cõfirmati: & cum adoptiuis. n. 16.
 An possint duo ad inuicem esse patrinum filij alterius, & sic duplici ex parte cognatione spirituali deuiantur. n. 17.

Vm actū sit de cognatione carnali, iam de spirituali differendum est. In quo tractatu hunc ordinem seruabo. Prius in hac disputatione agam, ex quibus sacramentis,

& inter quas personas oritur. Deinde in sequenti, an ex sacramento penitentia. Mox de qualitate actus requisiti ex parte patrinorum, & eorum intentione, & an debeat esse actus personalis ad contrahendã hanc cognationem. Mox de qualitatibus in patris requisiti, vt contrahant. Tandè de qualitate ipsius Baptismi, an debeat esse solemnis, & validus. Cognatio ergo spiritualis sic communiter à Doctõrib; definitur. Est propinquitas quædam personarum ex statuto Ecclesiæ confurgens, propter collationè Baptismi, vel cõfirmationis, vel susceptione recipientis hæc sacramenta. Quæ ex corollarijs sequentib; manifestè relinquitur.

Hinc deducitur primò, cognationè hæc spiritualem ex Baptismo, & Cõfirmatione ortam, non esse ex iure diuino naturali, aut ex diuino positivo, sed ex solo Ecclesiastico. Quod affirmant D. Thom. ab omnibus receptus. 4. d. 42. q. 1. ar. 1. corpore. Et non esse ex iure naturali constat. Quòd hæc sacramenta nullum in iure naturali fundamentum habeant, sed ex sola Christi institutione in cõperint. Quare cognatio ex ipsis confurgens nequit esse de iure nature. Nec etiam est de iure diuino positivo, quia nullus in sacra pagina locus inuenitur, vbi de illa mentio fiat. Restat ergo, vt ex solo iure Ecclesiastico ortum habeat. Statuta autem est. c. de eo, & c. si quis filium, & multis alijs in locis. 30. q. 1. c. veniens, & in multis alijs textibus, de cognat. spirit. & c. 1. eodem tit. in. 6. Ratio autem, cur Ecclesia instituerit ex his duob; sacramentis oriri cognationem spiritualem, per eorum administrationem, vel in eis susceptionem, optimè redditur à D. Thoma 4. d. 42. q. 1. ar. 1. corpore, iustò ar. 2. ad. 1. Quia sicut per carnalem generationem homo accipit esse naturalis: ita per hæc sacramenta recipit esse spirituale, per modum cuiusdam spiritualis regenerationis, ac natiuitatis. Sicut enim in puero est duplex